



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1658

§. 55. Ege semper docui in Synagoga. v. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

adhuc te latet, si nunquam ad Catholicum Prædicatorem Dani, Sueci, Finni, Lappones, Angli, Scoti, Livones, Pruteni, Pomeraniq; audiendum neque in templo, neque in synagoga accedere potuistis, interrogate quare Christina Regina vobis nota inter vos educata facta est Catholica, ipsa audivit in sapientia tua susurros divinos, illa palam annuntiat facto suo vobis non ignoto, quod impedimini audire verbo. excusare vos iam non potestis, ab auditione vocis, quæ exivit in totam Europam.

S. 55. Ego semper docui in Synagoga, v. 20.

Synagoga erat schola Iudæorum, in qua docebatur lex, explicabantur, Moyse & Prophetarum oracula legebantur, disputabant Doctores ad eruendam veritatem legis divinæ. & ad scholas tales sæpe sæpius intrabat Iesus Doctor Doctorum, disputabat cum aliis Doctoribus, explicabat etiam Moyse & Prophetas cum gaudio audientium, ita ut mirarentur omnes de sublimi & tum apta interpretatione eius, & quia semper se docuisse fateretur Iesus in Synagoga id est conventu plurimum publico, colligere possimus nunquam otiosum fuisse à doctrina sive in moribus, sive vita, sive loquela; sed semper occupatum in quærenda salute hominum, non secularibus se immiscuisse negotiis, sed spiritualibus semper, ad doctrinam totius Cleri & ordinum religiosorum.

Loquia tua Domine, sunt eloquia casta plusquam argentum igne examinatum, & ideo schola, ubi loqueris ad cor Hierusalem, sponsæ tuæ non habet maculam, neque rugam, sed nive candidior & luce clarior est. Propter quod discipuli tui qui in toto corde exquirunt te, fiunt etiam nive candidiores, & lucidissimo saphiro pulchriores, non enim admittunt impuritates filiorum Adæ, quæ solent inveniri in scholis hominum, qui dereliquerunt te. Tu quippe fili Dei candores lucis æternæ, & speculum sine macula; & propterea qui frequentant scholam sanctæ eruditionis tuæ, similes fiunt exemplari suo, & quidquid impurum est fortissime repellunt, sed ò puritas infinita quam intolerabiles lordes inveniuntur in scholis hominum, qui non curant scire & diligere te, quam turpis licentia vitæ crescit una cum disciplinis hominum, quæ discuntur, ad quærendum panem mortalis vitæ! non loquor tantummodo Domine de infidelibus quibus non illuxit veritas tua, sed de iis etiam, qui crediderunt in te Deum, & redemptorem suum, quorum pars magna non magis sequitur te, quam si in te non credidisset. Discunt quidam Iurisprudentiam semper imprudentes, discunt medicinam semper infirmi, discunt Theologiam Scholasticam semper aridi & frigidi, Huius tanti mali ratio est, quia oderunt ca-

stilitatem scholæ tuæ, & nolunt incedere per arctam viam vitæ. Error nimis
gravis & viris Christianis indignus est; quem odium animæ meæ, utinam
stulti isti saperent, & intelligerent, & novissima sua providerent!

§. 56. Et in templo, quo omnes Iudæi conveniunt. v. 20.

Et Synagogam & templum loca publica sunt, ad quæ convenire
verant quotquot volebant Iudæorum, & audire disputationes, lectiones, &
conciones Doctorum, & legisperitorum, & in hisce locis se docuisse ap-
te Christus fateretur, unde si erroneum quid docuisset, vel præter vel contra
legem scire poterant Iudæi, & Doctores ipsorum; & eum acculare: at nihil
invenit unquam vitij in sermone eius, & doctrina; imo omnia sancta &
immaculata, quæ ipsos Doctores in admiratione agerent, quia iustitiam
erant recta, latifcantes corda, melle dulciores & non erat illis scandalum.

Domine video te & in synagoga & in templo docuisse. Quando alii
homines attendo video multos sæpe docentes in Academijs & Gym-
nasijs, sed non æque in templo. Quod si ideo abstinent à doctore in tem-
plo, quod docendi in eo potestate carent. Bene est; alias si eis fas sit tibi do-
cere & non docent, nescio quid dicam, certe te non imitantur. Tu Domine
da cunctis, qui in templo docendi habeat potestatem, ut ferventer & pijs-
denter & pie doceant.

§. 57. Et in occulta locutus sum nihil. v. 20.

Pervulgatum est, quod qui male agit odium lucem; & quantum po-
test, venire ad eam refugit, ne opera eius deprehendantur mala, & palam
arguantur: ita qui hæreseos zizanas seminant, latebras & recessus quarunt;
& palam loqui erubescunt tam diuque differunt, donec magna assemblearum
multitudine muniti sint quæ prævalere valeant, similiter qui vera loquun-
tur in publicum, audacter prodeunt, ad lucem pergunt, ut ea cunctis frangere
perspicua quæ loquuntur, informant, erudiunt. Et ex eo Christus tacite
subinferre volebat quod, cum prædicasset palam in Synagoga & templo
nihil docuerit, nisi sanctum rectum, pium. Veruntamen occurrit questio:
nihilne domi? nihil cum una alterave persona ut Nicodemo, Samaritana
locutus est? Et occurrit Responsio, quod quicquid id fuerit, ipse semper
contentus fuit, ut à dicta in publicum propagarentur.

Q Pulchrum peccat, & candorem singularem Christi! utinam nos ser-
per ei studeremus sic, ut nihil loqueremur, quod non liceret in publi-
sum proferri, certe universus mundus melius haberet. At nos facere lo-
quimur